

Non videtis, quanta infantes animi alacritate mamillas arripunt? qua pressione papillis infingant labia? Non minore cupiditate nos quoque ad hanc mensam, & ad hujus calicis spiritualis accedamus papillam. S. Chrysof. hom. 83. in Matth. Nonne videtis, quanta promptitudine parvuli papillas capiunt; & quanto impetu labia uberibus infingunt. Accedamus cum tanta nos quoque ad hanc mensam, & uber spiritualis poculi: quin in eo cum majori trahamus, tamquam infantes lactandi spiritus gratiam; & unus fide dolor nobis, hac efca privari S. Chrysof. hom. 60. ad Pop.

Sanguis Christi est clavis Paradisi. S. Hieron. apud S. Thom. de Sac. c. 27.

Christus est Socius bonus vite, & peregrinationis nostre. S. Thom. de Sacram. Alt. cap. 4.

Et nostre necessitatis servus. Id. ib.

Videte Regem, id est, JESUM Christum in diademate, id est, in Carne. Id. ib.

TITULUS VI.

EXEMPLUM BONUM.

Caltar. Equus significat desiderium; calcaria significat bona exempla. Sanct. Bernardus Opusc. de fil. prod.

Calceus. Calceamenta ex mortuis sunt animalibus; & si-

gnificant patrum precedentium exempla. Sanct. Thom. c. 7. in Cant.

Caelum. Per coelos Apostoli, per Solem intelligitur Christus. Et dicuntur caeli propter sublimitatem conversationis: *Nostri conversatio in caelis est.* Philipp. 3. Stellati, per multarum virtutum abundantiam-lucidi, per doctrinam, & exemplum. S. Thom. in pl. 18.

Esca. Pisces. Matth. 15. Sancti sunt novi Testamenti; qui de fluctibus saeculi crepti-exemplo suo nosreficiunt. Glossa apud S. Thom. in Car. sup. 15. Matth.

Liber vite dicitur (Christus) tripliciter. Uno modo exemplum gratiae agendae vite; & sic Christus secundum Humanitatem dicitur liber vite: quia in ipso debemus legere vitam, quae nobis est agenda, &c. S. Thom. in 2. Apoc.

Luna. A nima comparatur Luna nocte splendet. sic enim anima se convertens luce bono exemplo. S. Greg. in Cant. cap. 6.

Sal. Christus eos (Apostolos) vocat Salterras: ad condendum exemplo vite S. Thom. in 5. Matth.

Sol magnam claritatem exempli significat. S. Thom. in 19. Apoc.

MALUM.

Porta inferi sunt prava Fidelium opera, - qua iter perditionis ostendunt. Rabanus apud S. Thom. in Car. sup. 16. Matth.

F.

TITULUS I.

FIDES.

Abraham moraliter nobis virtutem fidei per exempla sua significat. Sanct. Thom. in Car. sup. 1. Matth.

Altare. Per Altare significatur fides; per arietes duces Regis, Apostoli, & Ecclesiarum Praelati; per pecus, simplices. S. Thom. in II. 60. Sicut est triplex templum; ita est triplex altare. Primum est Vir justus - hujus templi altare est cor. Lex. 6. Igai, scilicet charitatis, in Altari, id est, in corde, *semper ardebit.* - Aliud templum est Ecclesia; & hujus templi altare est Christus, vel fides. Tertium templum est ipse DEUS. Apoc. 21. *Templum vidi in ea,* &c. & hujus altare est misericordia DEI: & hoc circumdare debemus desiderio mentis. S. Thom. in pl. 25. Fides dicitur altare: nihil enim DEO est acceptum, quod non offeratur spiritualiter in fide. S. Tho. in Apoc. 8. *Imponeat vitulos* - id est, convertos de novo *super Altare*, id est, super fidem Christi. S. Thom. in pl. 50.

Altitudo templi hujus, 3. Reg. ad fidem refertur, longitudo ad spem, latitudo ad charitatem. S. Ihd. c. 2. in 3. Reg. Altitudo fidei consistit in cognitione aeterni DEI; profundum autem in cognitione DEI Humanati. S. Bonav. Opusc. Lum. f. 8.

Annulus. Thamar Ecclesiae imaginem gestat; quae a Christo per annulum fidei, & virgam Crucis, conceptionemque sanctae meruit ubertatis. S. Ihd. in Alleg. Fides comparatur annulo. Annulus iste argenteus potest dici; eo quod fides instar argenti luceat. S. Bonav. diet. Sal. tit. 5. c. 3.

Arca Testamenti. Fides est sicut Arca Testamenti. S. Ihd. in Alleg.

Argumentum. Fides est sicut argumentum ad concludendum - Non sicut, argumentum Dialecticum - aut tentativum sed sicut argumentum hypotheticum, id est, faciens scire. S. Bonavent. diet. Sal. t. 8. c. 5. Per istud argumentum probatur unitas Divinae essentiae, trinitas personarum unitas primae causae; multa alia, &c. Et ideo Apostolus ait. Hebr. 11. fidem esse *argumentum non apparentium.* Id. ib.

Donum DEI primum. In donis DEI primum est fides; per quam DEUS habitat in nobis. S. Thom. in 1. 2. Thessal. lect. 1.

Drachma. Luc. 15. est fides. *Drachma*, Matth. 17. est fides, non tantum in ore, sed & in corde. Rom. 10. Corde creditur, &c. S. Ambr. l. 1. ep. 1.

Equus. Oratio est legatio pro hominibus ad DEUM. Hec equo fidei infidens ad DEUM pergit. S. Bern. Opusc. de fil. prod.

Facies. Quid per faciem, nisi fidem? qua a DEO cognoscitur S. Greg. in Cant. 2.

Fasciulus hyssopi significat perfectionem, & integritatem fidei. S. Thom. de Sac. c. 31. Limen domus est Christus; per quem conceditur ad caelum introitus sup. illud Ex. 12. *Fasciulum hyssopi tingite.*

Finis. Principium, & finis Fidelium est fides, spes, charitas. S. Ephr. Ser. de timore DEI.

Flores. In floribus fides, in fructibus virtutes designantur. S. Ihd. in Cant.

Folia. Virtutes sine fide, folia sunt. Videntur vivere; sed prodesse non possunt: agitantur vento; quia fundamentum non habent. Quanti Gentiles habent misericordiam, &c. Sed fructum non habent; quia fidem non habent. S. Ambr. in pl. 1. Fidem, florem; fructum, actum intellige. S. Bern. fer. 51. in Cant. Fides appellata est ab eo, quia *Fit*, quod dicitur. Dux syllabae sonant, cum dicitur *Fides*. Prima syllaba est a ficio, secunda a dicto. Interrogo ego te, utrum credas? Dicis: Credo; Fac, quod dicis; & fides est. S. Aug. Ser. 237. de temp.

Fundamentum. Fides virtutum omnium stabile fundamentum est. S. Ambr. in pl. 40. Fides est bonorum omnium spiritualium fundamentum. S. Thom. in 1. Rom. lect. 5. Fides, quae est pes, & fundamentum omnis boni, S. Thom. in 1. Apoc. Fundamentum virtutis fides est. Fides est principium cultus DEI, & fundamentum ejus, quae secundum pietatem est; doctrinae. S. Bonav. in Brevil. p. 1. cap. 2.

Granum sinapis. Pro thorace fidem asilum; ut granum sinapis - Nam granum sinapis leve prorsus est, ac rotundum, nullam habens scissuram, nullum angulum - contritum habet fervorem insignem. S. Ephr. de Panoplia. Fides comparatur grano sinapis propter fervorem, fecunditatem; parvitatem. S. Thom. in 17. Matth. Fides, quae non haesit, grano sinapis comparatur: quod quanto magis conteritur, tanto magis ejus fortitudo sentitur. S. Thom. in 1. Cor. 13. lect. 1. Si regnum caelorum sicut granum est sinapis. Luc. 13. & fides sicut granum sinapis: fides utique regnum caelorum, & regnum caelorum est fides. Itaque qui fidem habet, habet & regnum caelorum: & regnum DEI intra nos; & fides intra nos est. S. Ambr. l. 7. in Luc. Fides est granum sinapis; quia calefacit. Luc. 24. *Nonne vos nostrum ardens,* &c. Sanct. Ambr. serm. 1. de Virgin. hic sermo est inter Augustinianos.

Granum sinapis. Pro thorace fidem asilum; ut granum sinapis - Nam granum sinapis leve prorsus est, ac rotundum, nullam habens scissuram, nullum angulum - contritum habet fervorem insignem. S. Ephr. de Panoplia. Fides comparatur grano sinapis propter fervorem, fecunditatem; parvitatem. S. Thom. in 17. Matth. Fides, quae non haesit, grano sinapis comparatur: quod quanto magis conteritur, tanto magis ejus fortitudo sentitur. S. Thom. in 1. Cor. 13. lect. 1. Si regnum caelorum sicut granum est sinapis. Luc. 13. & fides sicut granum sinapis: fides utique regnum caelorum, & regnum caelorum est fides. Itaque qui fidem habet, habet & regnum caelorum: & regnum DEI intra nos; & fides intra nos est. S. Ambr. l. 7. in Luc. Fides est granum sinapis; quia calefacit. Luc. 24. *Nonne vos nostrum ardens,* &c. Sanct. Ambr. serm. 1. de Virgin. hic sermo est inter Augustinianos.

Illuminatio mentis est fides; quae mens illuminat a prima luce ad videndum bona spiritualia. S. August. Apud S. Thom. serm. 2. Dom. Quinq.

Initium salutis est fides. S. Thom. in 1. 1. Petri. Ubi fides est, initium habemus, & finem: ubi perfidia; nec initium, nec finis est. S. Ambr. fer. 20. in pl. 118.

Instrumentum. Hoc instrumentum, quod est fides, Solus Christus fabricavit. S. Bonav. diet. sal. t. 8. cap. 5.

Itineris pravia. Sit ergo fides tibi itineris tui pravia; sit tibi iter Scripturae Divinae. Bonus est coelestis dictus eloquii. S. Ambr. fer. 14. in pl. 118.

Lapidis duodecim - coelestis civitatis, significare possunt duode-

duodecim articulos fidei; quae est fundamentum omnis boni, & praemii futuri. Jaspis, Sapphirus, & Calcedonius, significant fidem. Fides debet esse vivens & hoc significat Jaspis, qui est viridis coloris; color enim in herba - viridis est signum vite. Et sicut Jaspis fugat phantasmata; sic fides vivens vitat omnia diaboli machinamenta. Fides debet esse coelestis & signat Sapphirus, qui habet coelestem colorem. Sicut Sapphirus, qui habet coelestem colorem. - Sicut Sapphirus fugat venenosa, & mortificat araneam; sic vera fides venenosus suggestionibus resistit. - Fides debet esse fortis & haec signat Calcedonius; qui in colore est pallidus, & omnis sculpruræ repulsivus. Sic qui habet veram fidem, per poenitentiam est pallidus; sed nullam sculpruram extraneam peccati recipit, sed eam conservat solum imaginem DEI. S. Bonav. diet. sal. tit. 10. cap. 5. Quisquis perfectus credit, lapis est templi DEI; lapis est solerti apparatu levigatus. S. Antiochus Lauræ Sabæ Abb. hom. 1. de Fide.

Lucerna. Fidei verbum est sicut lucerna; a qua illuminatur ad ambulandum in vita licite. Sanct. Thom. in 5. 2. Cor. lect. 2.

Lumen. Lux. Fides est lumen intellectus. S. Tho. ser. in festo S. Barnabæ Apost. Fides comparatur luci primordiali. Fides namque est sicut aurora: nam sicut illa est exofa latronibus; sic fides odiosa est demonibus, qui sunt latrones animarum. S. Bonav. diet. Sal. tit. 5. c. 3.

Luna. Per coelum intelligitur Sancti: - quia habent Solem, Lunam, & Stellam: Solem charitatis, Lunam fidei, & Stellam aliarum virtutum. S. Thom. serm. 2. in festo SS. Trinit.

MARIA. Per MARIAM, Stellam maris designabitur fides; & per Joseph, augmentum charitatis. S. Thom. serm. 3. D. infra Octav. Epiphani.

Maturina Stella est fides in medio nebulae. S. Bonav. Opusc. Lum. Ser. 1. in fine. Dicitur etiam Stella maturina. S. Ihd. in Alleg.

Medicina animae omnium vulnerum, & una propiciatio pro delictis hominum, est credere in Christum. S. August. serm. 60. de Verb. Dom. Multum interest, utrum quisque credat, ipsum esse Christum; & utrum credat in Christum. Nam ipsum esse Christum, & daemones crediderunt; nec tamen in Christum crediderunt. Ille enim credit in Christum; qui & sperat in Christum, & diligit Christum. Nam si fidem habet sine spe, ac sine dilectione; Christum esse credit, non in Christum credit. Id. fer. 61. de Verb. Dom.

Minutum. Vidua pauper. Marci 12. Ecclesiae simplicitatem designat. Hac in gazophylacium duo minuta mittit; quia dilectionem DEI, & proximi; seu fidei, & orationis, munera deserit. Vener. Beda apud Sanct. Thom. in Car. sup. 12. Marci.

Oculus dexter. Fides comparatur oculo dextero; si instat oculi est ratio. S. Bonav. diet. sal. t. 5. c. 3. Oculus est fides; snister, est fides de Humanitate Christi; dexter verb, fides de Divinitate. Isti sunt oculi caeci nati; qui per lutum Humanitatis, & spiritum Sapientiae Divinitatis, aperiuntur. Sed dexter oculus Judaeis eruitur; qui JESUM Hominem, & non DEUM putant. S. Bonav. fer. 3. de Vigil. Nat. Dom.

Panis. Elias figura Christi: illi afferunt corvi manent panem, vespere carnes. Huic manet, id est, initio Ecclesiae; afferunt peccatores fidem, eam recipiendo; vespere autem carnes, id est, carnis resurrectionem. S. Ihd. c. 8. in 3. Reg.

Patrimonium. Fidem serva; quae multo pretiosior, quam pecunia est: fides enim aeternum patrimonium est; pecunia temporale. S. Ambr. l. 1. de Sacram. c. 2.

Pes. Fides est pes, & fundamentum omnis boni. S. Thom. in 1. Apoc.

Petra. Fides est sicut petra fundamentum. S. Bonav. diet. sal. tit. 5. c. 3. Est petra durissima, & totius spiritualis aedificii fundamentum. Id. tit. 8. cap. 5.

Prælibatio caeli. Est prælibatio illius futuræ beatitudinis, & cognitionis, quam habebimus in patria. S. Thom. in 15. Joan. lect. 3.

Principium est Divinae vocationis. S. Antiochus cit. hom. 1. de Fide.

Rachel. Fides Christiana comparatur Racheli uxori Jacob pulchrae: quae videns, quod non generaret, dixit viro suo Jacob: *da mihi liberos; alioquin moriar.* Gen. 30. Ecce fides Christiana. - *Quid proderit, fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? numquid fides poterit salvare eum? - Fides sine operibus mortua est.* Jacobi 2. S. Vinc. Ferr. fer. 2. D. 3. Adv.

Radix arboris. Fides est, ut radix plantata in horto cordis; deinde mittit truncum, scilicet charitatis, faciens ramos, scilicet virtutum, & flores, & folia bonorum operum. - Et rigatur fide mane, & sero, dicendo: Credo in DEUM, &c. S. Vinc. Ferr. fer. 1. Quinquages.

Regnum DEI dicit hunc; quae est in ipsum, ac dispensationem Humanitatis. S. Chrysof. apud S. Thom. in Car. sup. 4. Marci.

Rete Fides est rete, quo concluduntur Christiani. S. Bonav. fer. 2. D. 4. Pent.

Scala. Fides est scala, quam vidit Jacob Patriarcha. S. Bonavent. diet. Sal. t. 8. c. 5. Fides est scala Jacob: duo latera, fides Deitatis, & Humanitatis Christi: gradalia ligna, sunt articuli fidei. S. Bonavent. fer. 3. E. 2. Pasch.

Scutum. Scutum portatur, & sinistra in manu fertur; sic fides habetur in hac vita. S. Vinc. Ferr. fer. 4. Dom. 22. Pent. Fides comparatur scuto militari. S. Bonav. diet. Sal. t. 5. c. 3.

Sephora. Tulit Sephora amississimam petram, & circumcidit. Oc. Ex. 4. Sephora fidem significat: interpretatur enim, *placens adest.* Per fidem adherentes DEO placent: *sine Fide impossibile placere.* Oc. Hebr. 11. Sanct. Bonav. fer. 2. in Circumc.

Speculum. Fides comparatur speculo mundo: quia sicut turris magna in modico speculo cernitur; sic majestas Divina in speculo fidei representatur. Sanct. Bonavent. diet. Sal. t. 5. c. 3.

Stella. Fides est sicut Stella firmamenti: & praecipue dicitur Stella maris. Dicitur etiam Stella matutinalis - Orientalis. Id. ibid. Fides est Stella maris in medio nebulae. Sanct. Bonav. Opusc. Lum. fer. 1. in fine. Stella est fides, dicens ad Christum. Hic non invenitur nisi Stella duce, id est, fide vel gratia. S. Bonav. fer. 6. de Nat. Dom.

Tallus Fidem significat. Tangit Christum, qui credit in Christum. Nam & illa mulier, quae fluxum sanguinis patiebatur, apud seipsum ait: *si tetigero fimbriam vestimenti ejus, salva ero.* Fide tetigit; & sanitas subsecuta est, quam praesumpserat. - Videtur ergo ista MARIA, cui dixit Dominus: *asti me tangere.* Oc. Ecclesiae gestare personam, quae tunc in Christum credit (et Christum tetigit) cum ascendisset ad Patrem. S. Aug. fer. 106. de temp.

Thesaurus tuus est fides, pietas, misericordia. Thesaurus noster pretiosus intellectus (fides), est. Si terrenus intellectus fuerit, si fragilis; haeretica cum tineis, & impietatis aerugo, consumetur. Levemus ergo, & erigamus sensus nostros; nec impossibile judicemus, ut haec humani Corporis infirmitas ad cognitionem mysteriorum coelestium provehatur; cum jam ad nos Dominus JESUS - descenderit, ut clausa referret. S. Ambr. l. 12. in pl. 118. Nullae sunt majores divitiae, nulli thesauri, nulli honores, nulla hujus Mundi gloria substantia; quam est Catholica fides: quae peccatores majores salvat, coecos illuminat, infirmos curat, catechumenos baptizat, Fideles justificat, poenitentes reparat, justos augmentat, Martyres coronat. S. Aug. fer. 181. de temp.

Vestis. Fides, & charitas sunt vestes nuptiales. S. Ambr. l. 7. in Luc.

Vexillum. Fides est sicut vexillum regis. S. Bonav. diet. Sal. t. 5. c. 3.

Umbra Christi. Sub umbra ejus. Cant. 2. - Umbra ejus fides. Caro ejus. Mihi quomodo non obumbrat Caro, qui in mysterio manduco eam? Th. 4. in umbra ejus vivemus, inter gentes, in umbra, in gentibus, in luce cum Angelis. S. Bernard. serm. 48. in Cant.

TITULUS II.

FIDES, SPES, CHARITAS.

Abraham, Isaac, Jacob, Abraham moraliter nobis virtutem fidei per exempla sua significat. - Isaac significat supra Abraham igitur genus Isaac: quia fides generat spem. Jacob autem significat charitatem. Charitas enim amplectitur duas vitas; activam per dilectionem proximi; contemplativam per dilectionem DEI. Activa per Liam, contemplativa per Rachel, significatur. Glossa apud Sanct. Thom. in Car. sup. 1. Matth. Nota: DEUS est DEUS Abraham, conferendo fidem; Isaac, spem Jacob, charitatem. Sanct. Bonavent. in psal. 45.

Altitudo, latitudo, longitudo. Altitudo templi hujus, 3. Reg. ad fidem refertur, longitudo ad spem, latitudo ad charitatem. S. Ihdor. c. 2. in 3. Reg.

Asyli tres viros (de quibus in Deut.) sunt Fides, Spes, Charitas. S. Ihdor. c. 19. in 19. in Gen. Deut.

Dies tres nuptiarum. Primus dies fides, secundus spes, tertius charitas: & in hoc sunt nuptiae: quia per eam copulationem DEO. S. Thom. fer. 2. D. 1. Epip.

Fimbria. Theologicae virtutes fimbriae sunt psal. 44. quia ornamentum, & complementum cujuslibet virtutis, sive virtutis spiritualis. Ita feret Sanct. Bonavent. f. 3. Dom. 2. Pent.

Fundamentum. Fides, Spes, Charitas, omnium virtutum sunt fundamentum. Sequentes virtutes sunt quasi superadditiones Sanct. Anselmum apud Sanct. Thom. in Car. sup. 1. Matth.

Herbae. Fides, Spes, Charitas, sunt herbae virides. S. Ihd. c. 3. in Gen.

Navis. Mirabile gubernaculum est fides; quae Ecclesiam navem, per mare, & per terram, id est, per adversa, & prospera dirigit. Spes est anchora, velum charitas. S. Bonav. ser. 1. D. 4. Pent.

Panis, piscis, ovium. Luc. 11. Tria ista consideremus, ne forte sint ibi illa tria, Fides, Spes, Charitas. Pone ergo tria: panem, pisces, ovium. Major horum panis: ideo panem bene intelligimus in his tribus Charitatem. Propterea panis lapidem opposuit, Luc. 11, quia duritia contraria est Charitati. Piscem fidem intelligimus. Dixit quidam sanctus, & nos dicere delectat: piscis bonus pia est fides; vivit inter fluctus; nec frangitur nec solvitur fluctibus. Opposuit autem Dominus serpentem pisci, diabolum fidei. Diabolus non corrumpat fidem, ne devoret piscem. Restat spes; quae, quantum mihi videtur, hoc comparatur. Spes enim nondum pervenit ad rem. Et ovium est aliquid, sed nondum est pullus. Spes est futurorum. Nihil ergo tamen in specu, quam retro respicere, id est, in eis rebus, quae praeterlabuntur, & intereunt, spernere. -Ovo tuo Scorpionum time. Vide, quia de cauda percussit, quam retro habet. Nos ovum nostrum sub alis ipsius gallinae (Christi) Matth. 23, ponamus. S. Aug. ser. 29. de Verb. Dom.

Principium, & finis Fidelium, est fides, spes, & charitas. S. Ephr. de timore DEI.

Sera tres. Fides, Spes, Charitas, tres serae sunt mixtae contra diabolum. Arnobius in pl. 147.

Trident. Haec est trinitas, Fides, Spes, Charitas; per quam velut per tridentem, reduxit (DEUS) de limo profundi ad emissam beatitudinem (hominem) S. Bernard. serm. inter parvos primo.

Vades. Tres vades sunt Ecclesiae, Fides, Spes, Charitas. S. Ambr. l. 3. de Virgine.

Vincula sunt virtutes, Fides, Spes, Charitas. S. Thom. in pl. 2.

Via Domini istae sunt, Fides, Spes, Charitas. Arnob. in confidit cum Serapione de DEO trino, & uno.

Ordine perfectionis charitas praecedit fidem, & spem; eò quod tam fides, quam spes, per charitatem formatur, & perfectionem virtutis acquirit. Sic enim charitas est mater omnium virtutum, radix, in quantum est omnium virtutum forma. S. Thom. 1. 2. q. 62. 4. 4. c.

TITULUS III.

FIDELIS.

Abel. Cain figura Judaici populi, Abel Christiani. S. Isid. c. 6. in Gen.

Acervus lapidum. Lapis, quem Jacob erexit. Genes. 31. typhus Christi Acervus lapidum, multitudo Credentium est. S. Isid. c. 26. in Gen.

Apicula. O Christi apicula! Ita suos Christianos auditores compellat. S. Joan. Damasc. or. 3. de Nat. B. V.

Botri botti. Num. 13. Duo botri, qui sub onere botri illius incedebant, populus est uterque. Prior Judaicus, & avarus. qui vero posterior veniebat, populi Gentium gerere figuram; qui credens, & Christo ante oculos habens, semper eum portans videt. S. Isid. c. 11. in Num.

Capilli. Per capillos populi figurantur, quidem Ecclesiae ornatum tribunt. S. Gregor. in 4. Cant.

Carbones. Tob. 6. Flumen, in quo pisces sunt, significat Mundum; omnes pisces ejus, diversa genera hominum. Pisces ille magnus, gentem Judaeorum; cor pisces, quasi membrum nobilissimum, & ex quo vita procedit, B. Virgineum. Particula cordis significat Corpus Salvatoris de Virgine sumptum. Hoc debet super carbones poni, id est, Fidelibus; accensis igne amoris. donari. Tunc fumus ejus, id est, virtus spiritualis, fugat tentationes daemone. S. Thom. de Sacram. cap. 21. explicans illud de fugando daemone. Tob. 6.

Civitas sunt Fidelium collectiones. S. Isidor. in Cant.

Civitas. Non potest Civitas obstruere super montem possessa: se scilicet montem; Fideles autem suos, in sui nominis gloria fundatos afferens civitatem. S. Isid. c. 1. in Jos.

Columna. Qui sunt isti quasi columna ad fenestras? Il. 60. Referendum est ad Gentes, quae ad fidem velociter convertae sunt. S. Thom. in 60. Il.

Columna. Fideles Ecclesiae dicuntur columnae: quia debent esse recti, erecti, & fortes. Recti per fidem, erecti per spem, fortes per charitatem. S. Thom. in Prologo sup. ep. ad Ephes.

Compositi, sunt multitudines Fidelium. S. Thom. c. 5. in Cant. Compositi sunt, id est, Christi, sunt Fideles, bonis cum moribus decorantes. S. Thom. de Sacram. c. 31.

David. Moraliter potest legi psalmus iste (tertius) in persona uniuscujusque Fidelis; qui a virtutibus, & cupiditatibus impugnatur. Et secundum hoc per David accipitur quilibet Fidelis; per Absolon vitia, & carnales concupiscentiae. S. Thom. in pl. 3.

Dextera nos fovet; quia Christum colimus, qui in dextera Patris sedet; sinistra autem Judai sunt, atque haeretici. Arnobius cap. 6. in Matth.

Dies. Lux, Jussi, & Fideles, sunt lux, dies; peccatores autem nox, & tenebrae. Fuitis aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino. Eph. 5. S. Isid. c. 2. in Gen.

Domus pl. 44. signant Fideles. - Eburnez, frigidz propter castitatem, candidz propter puritatem. Sanct. Thom. in pl. 44.

Filii Apostolorum. Afferte Domino filios arietum, id est, agnos. Mystic arietes, sunt principes gregis, id est, Apostoli: filii eorum sunt Fideles. S. Thom. in pl. 28.

Filii sponsi. Sponsus Christus est: filii autem sponsi nos sumus. Arnobius c. 12. in Matth.

Frumentum. Eleci sunt frumentum Dei, caelestibus horreis recondendi. S. Thom. de Sacram. c. 10.

Galaad aceruus testimonij interpretatur; qui bene convenit adunatae multitudini Sanctorum. S. Isid. in Cant.

Grana. Sicut ex multis granis puris conficitur unus panis; sic ex multis Fidelibus puris, a culpa mortali mundis, & vinculo charitatis unitis, Ecclesiastica unitas conficitur. S. Thom. de Sacram. c. 9.

Jacob typhus Christianorum; Esau Judaeorum. S. Isid. c. 23. in Gen.

Incus. Verus Christianus debet esse sicut incus in suis adversitatibus. S. Eph. tom. 1. de Fide.

Lapis. Quisquis perfectus credit, lapis est templi DEI; lapis est solerti apparatu lavigatus. S. Antiochus hom. 1. de Fide.

Luminaria. In Ecclesia sunt multilucens, sicut Fideles, & Sancti. Philipp. 2. Inter quos lucetis sicut luminaria in Mundo, Verbum vita continentem. S. Thom. in pl. 17.

Oculus ejus, id est, Fideles, in futurum sibi providentes: sicut columbae, quae late sunt lata. S. Thom. de Sacram. c. 31.

Oves suas in prato Scripturae, gratiae, & gloriae, pascat. Propter tria dicuntur sancti oves. 1. Quia oves nemini injuriam faciunt, Quia manifeste mala sufferunt. 3. Quia se, & sua, ad usum hominum tribuunt. S. Thom. serm. 2. D. 2. Pasch. Figurative per oves. Gen. 29. iustorum populi significabuntur. Sanct. Isid. cap. 24. in Gen. Jacob tres virgas in alveis aquarum opposuit; ut earum contemplatione multiplicarentur ejus oves. Et Dominus noster in aqua baptismatis trium personarum nomina, Patris, Filii, & Spiritus Sancti, populo Fideli proposuit: ut quisquis hoc pleno corde peripexerit, efficiatur ovis DEI. S. Isid. c. 25. in Gen.

Stella. Offendit illi Stellas caeli, dicens: sic factam semen tuum, id est, Christianam Gentem; cujus tu pater in fide subsistis. - Deinde monstravit ei arenam maris, & dixit: sic erit in multitudo semen tuum, hoc est, erit quidem copiosa gens Judaeorum; sed sterilis, & infecunda, manebit sicut arena. S. Isidor. cap. 12. in Gen. Ipsum (Christum) qui est verus Joseph, excellentiam Sanctorum in solis nomine, & Ecclesiae claritas sub imagine Lunae, & omnium numeritas populorum, in figura Scellarum, adorant. S. Isidor. c. 30. in Gen.

Templum dicuntur Fideles propter devotionem; caelum propter Sapientiam - Idem dicitur anima templum DEI: quia in templum DEUS adoratur; similiter in anima Fideli - Item quia cum DEUS sanctificat, & in eam descendit, sicut in templum. S. Thom. in pl. 10.

Vinea florentes, id est, Evangelicus populus; seu vites florentes. S. Isid. in Cant.

Vires veteres, Judaeos vocat; novus utres nuncupat Christianos. - Hi sunt apti, ut de praelo crucis accipiant vinum novum. S. Chrysol. serm. 31.

TITULUS IV.

FORTITUDO.

Adamus symbolum est fortitudinis, Ezechiel Adamas fuit. Sic ad eum DEUS Ezech. 3. in adamanteo dedi fasces tuam; ne timeas eos. Lobb. q. 2. de S. Ursula. Fortitudo est similis petrae infrangibili, qualis est Adamas. S. Bonav. diet. fal. t. 5. c. 7.

Aer. In aere fortitudo exprimitur. Goffridus Abbas Opu. sc. 7.

Arms ejus, id est, fiducia, virtus, fuit firmata in DEO; & ideo dissoluta sunt vincula brachiorum, & manuum per manus potentes Jacob, id est, DEI; qui est potens protector, & defensor populi Jacob. S. Thom. c. 49. in Gen.

Armatura. Nota Philosophia contulit Boetio arma, non corporalia sed spiritualia: sicut sunt virtutes intellectuales; quas enumerat Aristoteles 6. Ethic. & sunt intellectus, sapientia, scientia, ars, & prudentia. Et similiter virtutes cardinales, quae sunt quatuor: prudentia, justitia, temperantia, & fortitudo. S. Thom. in l. 1. Conf. Phil. prolam. 2.

LXXXIIII

Aurum est symbolum fortitudinis. Lobb. in Glor. Patr. de S. Nob. q. unica §. 7.

Baculus. Fortitudo est quasi baculus. S. Bonav. diet. fal. t. 5. cap. 7.

Barba. In barba virtus ostenditur. S. Isidor. c. 16. in 1. Reg. 21.

Brachium. In brachio intelligitur fortitudo. S. Thom. ser. 1. in festo S. Lucae.

Capilli. In capillis aliquando hominis fortitudo figuratur - Virtutes animae - capillos capitis (Christus) appellavit. Goffridus Abb. serm. 9. de S. Magdalena.

Indumento fortitudo indumentum ejus. Prov. 31.

Loricæ. Fortitudo est lorica, quae vetat ictum - Totus Mundus non vinceret unum hominem, in quo est fortitudo DEI: sicut pater, quod puella virgines, puta Catharina, Cecilia, &c. omnia tormentorum genera superabant. - Viri fortes mori possunt, vinci non possunt. S. Bonavent. diet. fal. tit. 5. cap. 7.

Miles egregius DEI fortitudo; accurrens per campum fiduciae, extrahens gladio laetitiae. S. Bernardus Opu. de fil. prod.

Os ossis. Virtutes sunt fortitudo hominis. Et ideo (David psal. 6.) dicit: *sanctus me Dominus; quia ossa mea*, id est, fortitudo mea, anime meae scilicet virtus, & fortitudo, turbata sunt. S. Thom. in pl. 6.

Quadrupes lapsi. Latere occiderunt, id est, Reges Juda, qui erant infirmi. Sed quadrupes lapidibus, id est, fortibus regibus ex nobis adhaeremus regnum. S. Thom. in 9. Il. Summus artifex DEUS lapides suos id est, electos, conluevit quadrare quadrata virtutum, scilicet prudentia, temperantia, fortitudo, & justitia. S. Bonav. diet. fal. t. 10. c. 9.

Virga est, quae non incurvatur. S. Bonavent. diet. fal. tit. 5. cap. 6.

Vox Domini confringentis. pl. 28., signat donum fortitudinis. S. Thom., in pl. 28.

TITULUS V.

FRAGILITAS.

Calcanes. Per calcanem potest intelligi infirmitas carnis: quia quando homo deficit, calcanes labitur. Et sic iniquitas calcanis, id est peccatum procedens ex infirmitate carnis, circumdabit me. Sanct. Thom. in pl. 48.

Capilli. In capillis fragilitates, in dentibus vero perfectiores; quique ad regendam Ecclesiam apti, designantur. S. Isid. in 1. Cant.

Lagena. Designatur itaque in tubis clamor praedicationum, in lampadibus claritas miraculorum, in lagenis fragilitas corporum. S. Isid. c. 5. in Judic.

Testa. Vasa testea, poculum fragilem, & vilem signant. S. Thom. in 4. Gen.

Venter dilecti fragilitatem Humanitatis ejus designat. S. Isid. in Cant.

Vincula, id est, fragilitas infirmitatis nostrae. S. Isid. in Cant.

TITULUS VI.

S. FRANCISCUS. SERAPHICUS.

Amulator Christi. Hic ut virtutum Christi fuit amulator, sic & miraculorum. Lobbetius ibid. q. 1. Sanct. Franc. §. 6.

Angelus Christi. Christus D. de S. Francisco ad S. Brigittam, Revel. extravag. c. 90. sic ait: Franciscus, amicus meus, fuit quasi lapis ignitus: quia habuit me in se, qui sum ignis. Angelus. S. Franciscus est alter Angelus ascendens ab orientibus habens signum DEI vivi. Stigmata Christi. Lobb. in Glor.

Patr. de S. Francisco Aff. in proem. SS. Dominicus, & Franciscus, fuerunt velut duo illi Angeli; qui iustum Loth, famulamque ejus liberarunt. Hi duo luminaria magna. Gen. 1. hi duae tubae veri Moysis. Num. 10. hi duo ubera Sponsae. Cant. 4. hi duo filii olei. Zach. 4. hi duae columnae, Joachim, & Booz 3. Reg. 7. hi denique fuerunt velut duae illae nubes, quae armatas Israelis copias comitabantur. Verè enim & Dominicus, & Franciscus, miseris mortalibus fuerunt, quod diei nubes: quae a Sapiente c. 10. dicuntur, & sunt velamentum dei. Quia, ut inquit Interpres noster, Solem exhibent sine luctura, id est, innocuum. Lobbetius. ib. §. 4.

Apostolicus Vir est Franciscus. Id. §. 5.

Arx clementiae; sunt Dominicus, & Franciscus. Lobb. ib. §. 4.

Columna. S. Franciscus est opulentus animarum mercator, Ecclesiae columna, & jam prope labentis sustentaculum. Id. ib. §. 3.

Dux. Novus miles, & novus dux. Idem ibid. §. 5.

Funiculus. Abbas Joachim, qui septuaginta annis ante mortuus, quam vivere incepit Dominicus; praegnavit SS. Dominicum, & Franciscum, illo Zachariae vaticinio c. 11. *et asumpsit mihi duas virgas; unam vocavi decorem, alteram funiculum; et parvi gregem.* Virgam decorem, dicit significare Dominicum; Virgam funiculum, qui signum est vite austeræ, Franciscum. Id. ib. §. 1.

Lumen. Benedictum, & Franciscum, Italiae lumina, appellat. Lobb. in Proem. Glor. Patr.

Palma. Innocentius P. 3. in somno vidit, ad suos pedes putrescere palmam, & mox arborem pulcherrimam assurgere: auditque, ea designari S. Franciscum. Id. ib. §. 3.

Salvator. Franciscus alter a Christo Mundi Salvator, & dicitur, & esse potuit. Id. §. 3.

Sidus. Dominicus, & Franciscus, ceu gemina Ecclesiae sidera. Id. q. unica mor. de S. Dominico. §. 3.

Stella S. Franciscus Seraphicus, est quasi stella matutina in medio nebula; ac quasi luna persulsa in diebus suis; et sicut Sol in Ecclesia DEI fulgens. Hoc estatum fuit Gregorius P. IX. in Bulla Solen. Canon. S. Franciscus Seraph. Lobb. in Proem. Anima S. Francisci visa est a F. Jacobo à Laude instar Stellae fulgidae ad caelos migrare. Vvadingus tom. 1. a. Min. 19. Lobb. q. 1. de S. Franc. q. 4.

Vexillifer Christi. Franciscus est JESU Christi vexillifer. Sic eum appellavit. S. Bernardinus Senensis apud Lobb. q. 1. de S. Franc. §. 2.

TITULUS VI.

S. FRANCISCUS. DE PAULA.

Amulus DEI Creatoris sui. Lobb. q. 2. de S. Franc. de Paula §. 2.

Angelus. S. Franciscum de Paula Sixtus P. IV. semper ut Angelus DEI suspiciebat. Idem de S. Franc. Paul in Proemio. Minimi, & Francisci filii, sunt Angeli terrestres, caeli Nutrii, Ecclesiaeque minores Intelligentiae. Lobb. ib. q. 2. p. 2. §. 1.

Deilor Sacer. Id. ib. §. 2.

Heros magnus. Lobb. §. 3.

Ignis domitor praecelsus Franciscus, & flammaram victor. Id. q. 2. §. 2. S. Franciscus ignis est. Id. ib. §. 1.

Magnus. DEO. Id. ib. q. 1. §. 2.

Samuelis parvi amulus. Id. q. 1. §. 2.

Sol. Facies Francisci fulgebatur ut Sol: ejus cella caelum erat adeo frequentabatur ab Angelis; adeo ibi saepe Angelorum concentus audiebatur. - Fuit verè sui dominus; & verè domitor carnis suae. - Corpus S. Francisci erat hospitium magnae mentis, & ferax virtutum omnium officina. Id. ib. q. 2. p. 2. §. 2. Thaumaturgus avi sui. Id. ib.

LXXXV